DEORVM DEARVMQVE CAPITA

Ex vetustis numiſmati-
bus in gratiam Antiquitatis
Studioſorum effigiata et
edita.

Ex muſeo
ABRAHAMI ORTELII.
Antuerpiæ
1573.

Noua editio, aliquot iconibus aucta.

CLARISSIMO VIRO, D. IOANNI SAMBVCO, IMP. M^tis. HISTORICO, ABRAHAMVS ORTELIVS S.

QVVM ego ab ineunte ætate, naturæ quodam, an cuius Genij neſcio ductu, citra mea ſtudia & occupationes, etſi mihi fortuna ſatis tenuis, & ingenium exile fuerit, ſemper mihi tamen ſoleam huiuſmodi antiqua numiſmata comparare, iiſdemque tamquam ſtudiorum deliciis, (nam ſic ea libenter, & nō immeritò, vt mihi videtur, rectè appellauerim) oblectari; tibique eo nomine, doctiſſime Sambuce, quum tu ex Italia rediens, hinc Albionem petebas, primùm innotuerim: non potui non has noſtras eius generis primitias, ex ijſdem noſtris antiquitatis monumentis productas, tuæ humanitati dedicare. Non quòd hæc tibi, aut tuis Muſis vtilitati aut ornatui eſſe poſſe putauerim; vt qui ipſa numiſmata (ſiue protypa) vnde hæc ectypa ſumpta ſunt, abundè poſſideas; & præter omnem venerandæ Antiquitatis ſupellectilem, quam tanta copia, in Italia, aliiſque tuis peregrinationibus, vt iis ipſam Italiam quodammodo expilaſſe dicebaris, etiam ex ære & marmoribus huiuſmodi Deorum Dearumque ſtatuas, ſigna & ſigilla tibi ad miraculum vſque congeſſeris; ſed vt hic noſter partus qualis qualis ſit, dumtaxat amicitiæ & beneuolentiæ Mnemoſynon inter nos exſtaret.

Vale vir ornatiſſime. Antverpiæ,
cIↃ. IↃ. LXXIII.
Kal. Aug.

AD EFFIGIES DEORVM ET DEARVM VETERVM, ABRAHAMI ORTELII, doctiſſimi antiquarij, induſtriâ editas.

Post tibi deſcriptos cæliq́; ſoliq́; meatus,
Aequorei anfractus vdaq́; regna ſali:
Et tibi, non vna contextam flore corollam,
Dum pandis famæ vela foreſq́; tuæ:
Ne quid tam felix induſtria linquat inauſum,
Ipſorum, ecce, refers ora ſepulta Deûm.
Morte carent, per te rediuiui lucis in oras,
Qui ſine te, quamuis Dij, potuêre mori.
Quin immortales illorum reddis ab arte
Effigies: genij gratia tanta tui eſt.
Quos adeò vanos coluit tam vana vetuſtas:
Sed non iſte tuus vanus, vt illa, labor.
Quippe pijs lucem donant hæc ora Camœnis,
Monſtrat vt in tenebris præuia lampas iter.
Deuinxti antè tibi, cælumq́;, ſolumq́;, ſalumq́;:
Deuincis, mirum, nunc Abrahame Deos.

Auguſta Trenobantum, tuus
Daniel Rogerſius.

CANDIDIS

SPECTATORIBVS.

PLVRIMI *fuerunt & olim, & noſtra ætate, qui Deorum ſcripſerũt Hiſtorias: at qui ipſas iconicas imagines exhiberet, hactenus (quod ſciam) inuentus eſt nemo. Quod tamen nonnihil aliquando admiratus ſum, cùm huiuſmodi imagines antiquarum lectionum & picturarum amatoribus multum oblectamenti adferre notum ſit. Nam qui hoc genus delineationis, litterarum candidatis inutile & infrugiferum eſſe clamant, etiam omnia illa commentaria, & quicquid in litteris de talibus à maximi nominis viris traditum eſt, eadem ratione nihil facere, & ad rerum cognitionem non conducere, temerè blaterant: quod quàm abſurdum ſit, aliis iudicandum relinquo. Nos certè ex imaginibus & picturis, ipſas res de quibus ſermo habetur, aut apud bonos auctores legitur, meliùs intelligi, cum omnibus bene de litterarum ſtudio ſentientibus, ſæpius experimur. Nónne videmus à Geographiæ lectoribus, poſt ſummorum virorum, vt ſunt Ptolemæi, Strabonis, Melæ, Plinij, &c. doctiſsima ſcripta volumina, etiam ipſas tabulas vehementer expeti? An ne noſtræ ætatis Medicæ rei profeſſores ſatagunt, vt poſt Galeni, Theophraſti, Dioſcoridis, &c. exactiſsimos de herbarum natura libros, ipſas herbas veris quàm ſimillimas, ſibi & poſteritati lineis & coloribus exprimant? Videmus Naturæ omniparentis ſedulis indagatoribus non ſatis eſſe, quæ Ariſtoteles, Plinius, Aelianus, Oppianus, alijq; clariſsimi viri de eius omnis generis animantibus litteris tradiderunt, niſi etiam ipſa animalia figuris ex-*

preſſa

preſſa ante oculos habeant. Aſtrologus quoque Cæli formam, ſtellarumq́ & Planetarum in eo diſpoſitiones, in pictis imaginibus cōſpicere deſiderat. Et quis non etiam Deorum (quorum nos hîc capita damus) ſtatuas, quum eorum Hiſtorias legerit, non libenter cum libris conferret? Poſſent etiam integræ eorum formæ ex numiſmatibus depingi quidem: at meliùs ex eorum ſtatuis & ſigillis, quæ in Italia, alijſq́ regionibus publicè proſtant, aut in harum rerum admiratorum Muſeis hinc inde priuatim latent. Miror equidem à nemine Italorum hoc tentatum. Vellem ſanè hoc fieri, at non à quibuſuis ſculptoribus, qui tantùm vt rem faciant quoduis malè imitatum euulgant, ſed à peritiſsimo eius rei artifice: illiq́ præeſſe cuperem virum multijuga eruditione præditum, & in hoc genere ſtudij inprimis diligenter verſatum, qui interdum pictoris manum (vt ſic dicam) duceret. Nam vti ſcientiarum peritum ad quoduis penicillo delineandum minimè aptum eſſe non ignoramus; ita pictoris interdum etiam dexterrimi oculos fugere, quæ erudito perſpicua ſunt, procul dubio nouimus. Cùm verò mutuas coniungent operas, opera eorum multo abſolutiora euadere quis dubitat? Interim tamen, candide Spectator, horum capita (dum quis eorum integras ſtatuas ſtudioſis exhibeat) ex noſtro Muſeo boni conſulas, & Vale.

SCRIPTORVM VETERVM AC RECENTIVM, QVI EX *profeſſo Deorum gentilium Hiſtorias vel Imagines deſcripſerunt, Elenchus.*

Ex Veteribus,

APOLLODORVS ATHENIENSIS, de Deorum origine.

M. TVLLIVS CICERO, de natura Deorum.

PHVRNVTVS, ſiue, vt alij, CORNVTVS, Speculatio de Deorum natura.

PHILOSTRATVS, de Iconibus.

C. IVLIVS HIGINIVS, Fabularum liber.

ALBRICVS PHILOSOPHVS, de Deorum imaginibus.

PAVSANIAS, in ſua Græcia admodum frequens eſt in deſcribendis Deorum ſtatuis.

Ex Neotericis.

IOANNES BOCATIVS, de Genealogia Deorũ.

LILIVS GREGORIVS GYRALDVS, de Deis gentium.

IVLIANVS AVRELIVS HAVRECHIVS, de cognominibus Deorum.

IOANNES PICTORIVS, Apotheoſim.

MELCHIOR BARLAEVS de Diis gentium lib. 3. carmine Elegiaco.

VINCENTIVS CATARRVS, de imaginibus Deorum Italica lingua.

GVLIELMVS CHOVLIVS, de imaginibus & Natura Deorũ, Gallica lingua, nõdum excuſus.

VLYSSES ALDROANDVS, de ſtatuis Vrbis Romæ, Italica lingua.

AESCVLAPII.
Ex numo argenteo M'.
Acilij M'.F.M'.N.Glabrionis.

APOLLINIS.
Ex nummo argenteo
M. Pletorij Ceſt.

APOLLINIS.
Ex numo argenteo
P. Clodij M.F.

BACCHI.
Ex numo argenteo Q.
Caſſij. Q. F.

BONI
EVENTVS.
Ex numo argenteo
L. Scribonij Libonis

CANOPI.
Ex tabula hieroglyphica Pe-
tri Bembi.

CAST. & POLLVCIS.
Ex nummo argenteo M.
Cordi Rufi.

CERERIS.
Ex nummo argenteo
L. Caſsij Cęciani.

CERERIS.
Ex nummo argenteo
C. Iul. Cęsaris Dictatoris.

CLEMENTIAE.
Ex numo aereo Tiberij Imp. Aug.

CONCORDIÆ.
Ex nummo argentio
P. Fontei Capit. IIIViri.


CVPIDINIS.
Ex nummo argenteo
C. Egnatij Maxſumi

CYBELIS.
EX numo argenteo C.
Fabij C.F.M.N.Pictoris.

DIANAE.
Ex nummo argenteo
C. Poſtumij.

FELICITATIS.
Ex nummo argenteo L. Corne:
lij Sullę Fausti Fel. 32.

FERONIAE.
Ex nummo argenteo,
P. Turpiliani III.VIRI.

FIDEI.
Ex numo argenteo A. Li:
cinij Neruę Siliani III uiri.

FLORAE.
Ex nummo argenteo
C. Seruilij C. F. P. N.

FOR. ANTIATIS.
Ex nummo argen-
teo, Q. Ruſtij.

GENII P.R.
Ex nummo argenteo
Cn. Cornelij Lentuli

HERCVLIS.
Ex numo argenteo.
M. Perpernæ Nepotis.

22

IANI.
Ex nummo argenteo triumphali

IOVIS.
Ex numo ęreo Ptolemęi
Regis Aegypti.

H

IOVIS AXVRIS.
Ex nummo argenteo
C. Vibij Panse C.F.

ISIDIS.
Ex numo argenteo; in cuius dorſo, Vota publica.

IVNONIS
REGINAE.
Ex nummo argenteo P.
Crepuſi, & C. Limita.

IVNONIS
SOSPITAE.
Ex nummo argenteo, L.
Thorij Balbi.

IVSTITIAE.
Ex numo ęreo Corinthi-
aco Tib. Cęsaris.

LIBERAE.
Ex numo argenteo
Q. Casſij Q.F.

LIBERTATIS.
Ex nummo argenteo
Bruti, C. Iulij percuſs.

MARTIS.
Ex nummulo ęreo Imp.
Conſtantini Aug.

MERCVRII.
Ex nummo argenteo
C. Mamil. Limet.

MONETAE.
Ex nummo argenteo
T. Cariſij.

NEPTVNI.
Ex nummo argenteo L.
Lucretij Tricip.

NEPTVNI.
EX nummo argenteo CN.
Pompei CN.F. SEX.N. Magni

PALLADIS.
Ex nummulo ęreo Imp.
Cęſaris Domitiani Aug.

PANOS.
Ex nummo argenteo C.
Vibij C.F.C.N. Panſę.

PACIS.
Ex nummo aureo
Cęsaris D.F.

PENATIVM.
Ex nummo argenteo
C. Sulpici C. F.

42

PLVTONIS.
Ex nummo argenteo, Sex
Noni P. F. Sufenatis.

44

15

SALVTIS.
Ex nummo argenteo
M' Acilij Nepotis.

SARAPIDIS.
Ex numo argenteo, cui à tergo Vota publica.

SATVRNI.
Ex numo argenteo L.C.
Memies. Gal

49 0

SOLIS INVICTI.
Ex numulo ęreo, Jmp.
Conſtantini Aug.

SORTIS.
SORS.
Ex nummo argenteo,
M. Pletorij.

SPEI.
Ex numo argenteo C.
Clodij C. F. Veſtalis.

53 P

VEIOVIS.
Ex nummo argen=
teo, L. Cesij.

VENERIS.
Ex nummo argenteo
C. Iulij Cæſaris.

VESTAE.
Ex nummo argenteo
Q. Caſſij.

VICTORIAE.
Ex nummo argenteo
T. Carisij.

VIRTVTIS.
Ex numo argenteo M'
Æquilij M'. F. M'. Nepotis.

VVLCANI.
Ex nummo argenteo L.
Aurelij L. F. Cottæ.

CAPITVM DEPICTORVM HVIVS LIBRI ORDO, ET Alphabeticus Index, qui idem eſt.

Aeſculapius
Apollo
Apollo alter
Bacchus
Bonus Euentus
Canopus
Caſtor & Pollux
Ceres
Ceres altera
Clementia
Concordia
Cupido
Cybele
Diana
Felicitas
Feronia
Fides
Flora
Fortuna Antiat.
Genius P. R.
Hercules
Honor
Ianus
Iupiter
Iupiter Ammon
Iupiter Axur
Iſis
Iuno Regina
Iuno ſoſpita
Iuſtitia
Libera
Libertas
Mars
Mercurius
Moneta
Neptunus
Neptunus alter
Pallas
Pan
Pax
Penates
Pietas
Pluto
Quirinus
Roma
Salus
Sarapis
Saturnus
Sol
Sol inuictus
Sors
Spes
Terminus
Veiouis
Venus
Veſta
Victoria
Virtus
Vulcanus.

ANTVERPIÆ,
PHILIPPVS GALLÆVS
EXCVDEBAT, ANNO
M. D. LXXXII.

1590.61

SPECIAL 88-B
18181
THE GETTY CENTER
LIBRARY